



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,  
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1649**

§. 7. Quàm deplorandu[m] inuidæ malum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

170 Cap. IV. De inuidiae immanissimo malo  
parricidali impietate, patri primūm, mox &  
matri, notiem deinde ceteris fratribus ocu-  
los effodit, vt videre non possent cladem se-  
culturam. Solum decimum è fratribus, natu  
minimum stoliditatis opinio ab hac immani-  
tate exemit. Quis hīc non videat, fabulam  
initio à me recitatam, in historiam transisse,  
& inuidum progredi, vsque ad oculos alijs  
eradicandos? Sed nondum est finis. Viginti  
duos oculos, in vna patina cruentatos, &  
oculos suorum, siccis ipse, immo gaudenti-  
bus oculis aspexit. Non illum patris maie-  
stas, non matris amor, non fratrum dulcis  
consuetudo mouit. Adeò saxeus fuit, vt ne-  
que miserabili aspectu tot calamitosorum  
percelleretur. Ita crudelissimè excæcatos, &  
orbitatem, quam lachrymis deplorare non  
poterant, eiulabili questu lamentantes, in-  
vnum conclave conduxit, &, subdito igne,  
viuos concremauit. Tanta est libido regnandi,  
tantus inuidiæ furor, tanta amentia liu-  
ris, sua commoda, per aliena damna promo-  
uentis.

VIL  
QVAM  
DEPLO-  
RANDVM  
INVIDIAE  
MALVM?

Ad tam barbarum facinus, quasi excusso  
veterno, & stupore abiecto, frater minimus,  
solus adhuc superstes, è regia prosiliens, & per  
publicas vndique plateas circumcursans, ac  
demum

demum ad asylum fani confugiens altissima  
contentissimaque voce clamauit: *Iuialla:*  
*o Deus, quām impius est frater meus! qui, cru-*  
*entia manu, sceptrum inuasit, regnumq; violenta*  
*succeſſione iniustus heres, nefarius ſuccellor occu-*  
*pauit.* Hæc vociferatio non tantum Armutia-  
norum aures, sed etiam nubes ipſas peruafit.  
Et cur non? Si enim ad Cain, qui vnicum  
fratrem occidit, Dominus dixit: *Quid fecisti?*  
*Gen. 4.*  
*10.*  
*Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra?*  
quid putemus, ad tot fratum, ad matris &  
patris interemtorem dici debuisse? Nec du-  
bito, nullum eſſe, qui, hæc à me dum audit  
narrari, non quām vehementiſſimè indigne-  
tur. Recte quide[m], ſed fruſtra parricidae huic  
indignamini, quia ille pœnam ſuam non effu-  
git, ut poſtea intelligetis. Si vtiliter vultis  
indignari, ipsi inuidiae indignamini: hæc de-  
testatione, hæc omni execratione & fuga  
eſt digna, quæ tantorum malorum eſt ma-  
ter, tantaque ſemper, in orbem terrarum,  
mala inuexit; cumq; plurimos quotidie in  
inferos mittat, tamen à pauciffimis agnoscit-  
ur, à pauciffimis pœnitentia deletur. Operæ  
igitur pretium, irato neceſſarium eſt, digito  
demonſtrare, qui, & quām multi hoc vitiū  
laboreant.

Atque